

**LIST GENERALA ZAKONU DOMINIKANÓW
DO PROWINCJI POLSKIEJ
W 750 ROCZNICĘ JEJ ZAŁOŻENIA**

Nos

Fr. Anicetus Fernandez

S. Theologiae Professor

Ac Totius Ordinis Fr. Praedicatorum

Humilis Magister Generalis

Et Servus

Admodum Reverendo Patri Provinciali, Patribus Prioribus
et Superioribus necnon omnibus Patribus et Fratribus

Provinciae Nostrae Poloniae

atque Monialibus, Sororibus et Tertiariis Ordinis Nostri

Salutem et benedictionem in Domino

„Religiositas custodiet et iustificabit cor, Iucunditatem
atque gaudium dabit” (Eccl. 1, 18)

Fas sit mihi hoc meum breve paternumque scriptum solemnem hac occasione ad vos directum, psalmistae Domini verbis utendo, exordiri: „Repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione” (Ps. 125, 2). Gaudio enimvero haud immerito totus hodie Ordo noster effertur, quippe quod tubulum unius membri in totam redundat familiam, nam „pater in filio complacet sibi” (Prov. 3, 12) et „filius sapiens laetificat patrem” (Prov. 10, 1).

Re enim ipsa, una ex pristinis Familiae Nostrae Dominicanae prosapibus, Provincia nimirum Poloniae, laetam diebus istis agit memoriam et solemnem celebrat iubilaeum maximi in historia sua eventus, septem nempe saeculorum cum dimidio a momento, quo sancti viri Hyacinthus et Ceslaus de urbe Roma in patriam reversi sunt.

Neminem sane nostrum latet, Hyacinthum, canonicum cracoviensem, et Ceslaum, canonicum sandomiriensem (duo cognati, uterque egregia notibilique de Odrowaz stirpe oriundi) avunculo Ivoni (eadem de stirpe Odrowaz provenienti) episcopo cracoviensi, Romam tunc petenti, comites itineris se dedisse, sancti nempe Apostoli Petri cathedram eiusque sepulcrum visendi causa. Ast vero, fama eximia viri celeberrimi Romae tunc degentis et novi Ordinis fundamenta iacentis, sancti, dico, Patriarchae nostri Dominici, fortiter

allecti necnon divina providentia et gratia mirabiliter attracti, sine haesitatione se illi adiunxerunt et, relictis omnibus, „statim secuti sunt eum” (Matth. 4, 22).

Ab ipsomet sancto Fundatore habitu religioso induti atque in vita et fine Ordinis novi ample edocti et regulari observantia debite efformati, anno Domini 1222 ad orientales et septentrionales Europae plagas mittuntur, ut in has regiones huius noviter fundati Ordinis nomen portent ibique eiusdem vitam et ideam diffundant, atque ita in Ecclesiae servitium fervidos Evangelii praecones adaugeant ac novos in vinea Domini operarios pro animarum salute populi Dei et gentium conversione constituent. Longo isto et difficili itinere durante, Hyacinthus et Ceslaus aliique eorum socii otiosi non manserunt sed ubique cum ardore nuntium evangelicum praedicabant et inter alios etiam ad locum Friesach (in hodierna Austria) diverterunt, ubi iam praesentes Ordinis fratres (ab anno 1217), at sparsim adhuc viventes, in communem et conventualem vitam adduxerunt. Deinceps, magis versus orientem se dirigendo atque alias in via gentes slavicas evangelico nuntio fovendo, tandem, insigni fama latissime eos praecedente, ultimis octobris diebus anni Domini 1222 Cracoviam in Polonia pervenerunt.

Die 1. novembris 1222 anni S. Hyacinthus eiusque socii e Roma reversi „a magistratibus civitatis cracoviensis honorifice suscepti atque ab ipso Ivone episcopo hospitio accepti sunt, qui tempore verno anni sequentis ecclesiam parochialem SS. Trinitatis, in media urbe sitam, eis dedit, parochia vero ad ecclesiam B. M. Virginis, quae nostra aetate foro urbis adiacet, translata. Die 25 martii 1223, ipso festo Annuntiationis B. M. Virginis, vita regularis atque commune officium divinum ibi initium coeperunt, quae Deo iuvante, usque ad nostra tempora sine intermissione eodem in loco peraguntur” (ex doc. transmissio).

En, carissimi Fratres, ratio cur hisce diebus tam magnificas et certe dignas in Polonia celebratis solemnitates, cur et nos omnes cordetenus vestram participamus laetitiam, cur „gaudium et laetitia invenitur in ea” (Isaias 51, 3) dilecta Provincia nostra et tota nobili et catholica natione polona. Paterno proinde in S. P. N. Dominico affectu, totius Ordinis nostri nomine ac proprio „gaudeo et congratulor vobis (Philipp. 2, 17), quinimo auguror quoque, ut „Deus spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis in spe et virtute Spiritus Sancti” (Rom. 15, 13) et „ut gaudium vestrum sit plenum” (I. Io. 1, 4).

Finem huic epistolae dare tamen non vellem, quin, paucis saltem verbis, aliqua principaliora et significativa momenta huius certe mirabilis, a sanctis nostris viris in regionibus abunde perfecti operis, in memoriam revocem.

Admiramur imprimis, et iuste quidem, stupendum illum et ex-

traordinarium fervorem et indefessum zelum, quo sancti hi viri regni Dei gloriae et operi apostolico incessanter sese devotebant. Sane certe semen verbi Dei, late ab illis sparsum et generose ac ardentem seminatum, quot et quantos fructus produxit! Eorum praedicatio evangelica, „contemplata aliis tradere”, quot et quantas animas penetravit, profunde et radicaliter transformavit atque Christo lucrificavit! Vita eorum, secundum regulas et normas a S.P. Dominico datas, vita spiritu orationis et contemplationis, abnegationis, poenitentiae et puritatis ornata, quali exemplo omnibus prae lucebat, quot et quantas vocationes ad sequelam Christi in nostro Ordine acquisivit!

At vero, „caritas Dei diffusa in cordibus” (Rom. 5, 5) nostrorum apostolorum, caritas cui proprium est de suo aliis tribuere, quae „non quaerit quae sua sunt” (I. Cor. 13, 5), unius nationis limitibus minime continetur. Inde est quod, dictis et spiritu S. Pauli apostoli gentium „caritas enim Christi urget nos” (II. Cor. 5, 14) vehementer accensi et ad eius similitudinem omnibus omnia facti, ut omnes salvos facerent (I. Cor. 9, 22), S. Hyacinthus et numerosi praedicatores non modo vicinas gentes, ut Ruthenos, Lithuanos, Latvingos et Moldavos evangelico spargebant semine, verum etiam longa et difficillima susceperunt itinera, usque ad Prussiam et Russiam pervenerunt. Imo, ut aliqui volunt, S. Hyacinthus in suo ardore missionario usque ad confines Mongoliae pervenit! Notandum videtur cum emphasi et hoc factum, quod S. Hyacinthus, relinquendo ab hostibus obsessam civitatem Kiev, maximos quos in conventu habuit thesauros secum affert, pyxidem nimirum cum SS. Eucharistia et statuam B. Virginis Mariae! Hos thesauros S. Hyacinthus certe per totam suam vitam apostolicam secum in corde gerebat, unde vim, solamen ac gratiae robur hauriebat. Finem vitae praesentis, corpore laboribus ac itineribus fracto, S. Hyacinthus reversus est Cracoviam et ibidem, astantibus fratribus, in conventu a se fundato, purissimam et sanctam Deo reddidit animam. Fratres vero, postquam a Clemente octavo in Sanctorum numerum relatus est (a. 1557), magnificum ei construxerunt sepulcrum, cui statuam eiusdem Sancti superponunt, cum lilia virginitatis in una et rosario B. V. Mariae in altera manu.

Considerando ac admirando tam magnificum exemplum vitae et operis S. Hyacinthi et B. Ceslai, vitae profunde religiosae et apostolicae Deo et proximis totaliter consecratae, cum psalmista Domini nos exclamare oportet: „Quam mirabilis Deus in sanctis suis!” (Ps. 67, 36). Verbis quoque Pauli Papae VI. utendo, cum gaudio et nos dicimus vobis: „Fratres in illa degentes regione, appellari licet filios Sanctorum” (ex epist. Papae ad vos directa). Ipsi etiam sancti viri Hyacinthus et Ceslous, exemplo vitae et virtutum nobis inculcant: „Haec est via tua ab adolescentia tua” (Ierem. 22, 21)

et in cuiusvis anima resonent verba Tobiae: „Benedictio sit tibi, optimi viri filius es” (Tob. 7, 7).

Interea, dum S. Hyacinthus et alii fratres laboribus apostolicis dediti erant, opus foundationis ab illis inceptum quam maxime crescebat et vix paucos post annos (a. 1228) novae Ordinis Provinciae iura et locum obtinuit. Crescente subinde numero fratrum et conventuum, anno 1301 ab illa se separat et sui iuris Provincia Bohemiae constituitur. Saeculis sequentibus conventus Fratrum Praedicatorum in partibus praesertim orientalibus Poloniae et in Lithuania adeo frequentes erant, ut novas easque separatas, sed a Praedicatoribus Polonis conditas, Russicam nempe (a. 1612) et Lithuanicam (a. 1647) Provincias erigere necesse fuerit. Quarta quoque Provincia Polonorum facta est Congregatio S. Ludovici Bertrandi (a. 1671). Exeunte demum saeculo XVIII. Ordo Praedicatorum in Polonia quam maxime florebat, numerosissimos habebat conventus, in quibus plus quam duo millia fratrum, multiplicibus addicti operibus, commorabantur. Diversae attamen calamitates politicae et Regni Poloniae in fine XVIII. saeculi partitiones, magna detrimenta etiam Ordini nostro attulerunt, multi conventus suppressi sunt et numerus fratrum continuo diminuebatur. His tamen non obstantibus, Fratres Praedicatores in Polonia omnes istas diversas vicissitudines feliciter superaverunt et usque ad praesens perdurant tempus, in quo Provincia denuo florere incipit, spe novi successus et novae gloriae illi affulgente. Origines Fratrum Praedicatorum in Polonia etiam martyrio fratrum illustrantur, praesertim illorum qui anno 1259 Sandomiriae a Tartaris caesi sunt (BB. Sadoc et Socii), quibus et alii multi, diversis in temporibus et locis pro fide Christi occisi, adnumerandi sunt. Multa quoque alia et magna de gloriosa Provinciae Poloniae historia dici possent, quae tamen hic necessario omittere debemus, ex dictis tamen satis apparet, verba Scripturae „hereditas sancta nepotes eorum” (Eccl. 44, 12) Praedicatoribus Polonis applicare quam maxime convenit.

Breve hoc nostrum scriptum ad vos, carissimi Fratres, concludendo, verbis Scripturae Sacrae utendo, inclytos sanctos nostros Patronos acclamemus: „Laudemus viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua..., dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute et prudentia sua praediti, nuntiantes... in praesenti populo et virtute prudentiae populis sanctissima verba... et narrantes carmina Scripturarum; homines divites in virtute... in generationibus suae gentis gloriam adepti sunt et in diebus suis habentur in laudibus” (Eccl. 44, 1—7).

Gratias ergo de intimis animae nostrae Omnipotenti Deo agamus, qui tales dedit nobis Patronos et tot tantisque bonis, gratiis et beneficiis Provinciam vestram ac totum Ordinem nostrum cumulavit

per saecula, et eorum intercessu nova semper auxilia divina suppliciter imploramus.

Peculiari quoque affectu Matri Dei et nostrae grates rependamus et filiali devotione Illam venerari pergamus, cuius thaumaturgae imagines vel statuae in omni fere ecclesia provinciae vestrae exstant, et quae etiam nos omnes ac olim S. Hyacinthum materno cum amore alloquitur: „Quidquid petendum duxeris, me interveniente consequeris” (Ex brev. O.P.).

Memores etiam simus hisce solemnibus diebus fratrum nostrorum, qui iam, longis his annis transactis, ex hoc saeculo transierunt illosque, B.V. Maria et S. Patriarcha Dominico ac Patronis Provinciae intercedentibus, Omnipotentis Dei misericordiae pie commendemus.

Imitemur igitur et nos omnes, Fratres carissimi, tam insignia et sublimia S. Hyacinthi et B. Ceslaj exempla virtutum, exempla sanctitatis atque strenui laboris et conatus omnigeni eorum operis apostolici. Adiuvet nos semper atque roborret eorum intrepida et viva fides, „spes illorum immortalitate plena” (Sap. 3, 4) in arduis viae et vitae nos recte conducat et ardens eorum caritas Dei et proximi etiam in nobis continue „magis ac magis abundet in scientia et in omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis sinceri et sine offensa in diem Christi; repleti fructu iustitiae per Jesum Christum, in gloriam et laudem Dei” (Philipp. 1, 9—11).

Benedictionem Dei Omnipotentis, per intercessionem B.V. Mariae, Sancti Patriarchae nostri Dominici ac Patronorum vestrorum S. Hyacinthi et B. Ceslaj de corde vobis impetior.

Datum Romae, die 14 octobris a. D. 1972.

Ex Curia Nostra Generalitia

Ad Sanctam Sabinam.

Prot.31/72

*Fr. Anicetus Fernández O.P.
Magister Generalis*

[Przekład polski]

My, ojciec Anicet Fernandez, General Zakonu Kaznodziejskiego, Przewielebnemu Ojcu Prowincjalowi, Ojcom Przeorom i Przełożonym, wszystkim Ojcom i Braciom naszej Prowincji Polskiej oraz zakonnikom życia kontemplacyjnego, siostram i tercjarzom naszego Zakonu — pozdrowienie i błogosławieństwo w Panu.

„Pobożność strzec będzie i usprawiedliwi serce, rozkosz i wesele da” (Syr 1, 18).

Niech mi będzie wolno rozpocząć słowami Psalmisty krótki i ojcowski list, który do Was kieruję: „Napełniły się weselem usta nasze, a język nasz radością” (Ps. 125, 2). Radość jest dziś udziałem całego naszego Zakonu. Zaiste radość jednego z członków promieniuje na całą rodzinę, ponieważ „mądry syn rozwesela ojca” (Prz 10, 1).

Prowincja Polska, jedna z najstarszych w naszej dominikańskiej rodzinie, obchodzi w tych dniach radosną pamiątkę i uroczysty jubileusz największego wydarzenia swoich dziejów — siedemset pięćdziesiątą rocznicę powrotu świętych mężów, Jacka i Czesława, z Wiecznego Miasta do Ojczyzny.

Jak wszyscy wiecie, Jacek, kanonik krakowski, i Czesław, kanonik sandomierski, złączeni węzłem krwi i pochodzący obaj ze szlacheckiego rodu Odrowążów, wyruszyli w towarzystwie swego stryja Iwona, również Odrowąża, do Rzymu, powodowani chęcią złożenia hołdu Stolicy Piotrowej i nawiedzenia grobu Księcia Apostołów. W Rzymie przebywał podówczas mąż znamienity, a zarazem Założyciel nowego Zakonu, nasz Patriarcha, św. Dominik. Jacek i Czesław urzeczeni jego osobą, a także pobudzeni w sposób cudowny przez Opatrzność Bożą i łaskę, skwapliwie przystali do niego i porzuciwszy wszystko, „poszli za nim” (Mt 4, 21).

Obleczeni w habit zakonny przez Świętego Założyciela, troskliwie wtajemniczeni w życie i cele nowego Zakonu i dobrze przeszkoleni w zachowywaniu obserwacji zakonnych, zostali w 1222 roku wysłani na północno-wschodnie rubieże Europy. Szli tam z misją w imieniu nowego Zakonu, aby szerzyć jego sposób życia i działania, przymnażać Kościołowi gorliwych głosicieli Ewangelii i przysparzać winnicy Pańskiej nowych robotników dla służby ludowi Bożemu, dla zbawienia dusz i dla nawracania narodów. Podczas swej długiej i żmudnej podróży nie przestawali głosić z zapalem ewangelicznej Dobrej Nowiny. Po drodze zatrzymali się również w miejscowości Friesach, na obszarze dzisiejszej Austrii, gdzie już od roku 1217 przebywali w rozproszeniu ich współbracia zakonni, których nakłonili do ścisłego wspólnego życia zakonnego. Stamtąd ruszyli dalej na wschód, starając się ewangelizować spotykane po drodze plemiona słowiańskie. Szedł przed nimi rozgłos sławy, gdy w ostatnich dniach października roku Pańskiego 1222 przybyli do stolicy Polski, Krakowa.

W dniu 1 listopada 1222 roku, świętego Jacka, powracającego wraz z towarzyszami z Rzymu, „przyjęli z szacunkiem — jak podają źródła — rajcowie krakowskiego grodu. Gościny zaś udzielił im sam biskup Iwon, który na wiosnę następnego roku przydzielił im kościół parafialny Świętej Trójcy, położony w śródmieściu, parafię zaś przeniósł do kościoła Najświętszej Maryi Panny, znajdującego się wówczas poza obrębem murów miasta. W święto Zwiastowania Maryi, 25 marca 1223 roku, rozpoczęto przy kościele Świętej Trójcy regularne życie zakonne i służbę Bożą we wspólnocie. Dzięki Bogu trwają one wciąż bez przerwy na tym miejscu aż po dzień dzisiejszy”.

Oto dlaczego, Bracia najmilsi, odbywają się w tych dniach w Polsce wspaniałe i podniosłe uroczystości. Wszyscy całym sercem uczestniczymy w Waszym weselu: „Wesele i radość znajdują się w nim” (Iz 51, 3), to znaczy w umiłowanej Prowincji Waszej i w całym szlachetnym i katolickim polskim ludzie Bożym. Z ojcowską miłością w naszym świętym Ojcu Dominiku, w imieniu całego naszego Zakonu i własnym „cieszę się i dzielę radość z Wami wszystkimi” (Flp 2, 17), a zarazem życząc: „Bóg, dawca nadziei, niech Wam udzieli pełni radości i pokoju w wierze, abyście przez moc Ducha Świętego byli bogaceni w nadzieję” (Rz 15, 13) i „aby wasza radość była pełna” (1J 1, 4).

Nie chciałbym jednak kończyć tego listu bez przypomnienia w krótkich słowach kilku ważniejszych i bardziej znamienitych wydarzeń godnego najwyższego podziwu dzieła, którego nasi święci Współbracia dokonali w waszym kraju.

Podziwiamy przede wszystkim, i to słusznie, zdumiewającą i niezwykłą gorliwość oraz niestrudzony zapał, z jakim ci święci mężowie poświęcili się szerzeniu chwały królestwa Bożego i dzieła apostołstwa. Ziarno słowa Bożego, które rozsiewali szeroko, hojnie i żarliwie, przyniosło jakże bogaty i wspaniały plon. Ewangelia, którą przepowiadali zgodnie z dewizą: „przekazywać innym owoce własnej kontemplacji” (contemplata aliis tradere), wniknęła tak obficie w tyle dusz, że przemieniła je aż do głębi i pozyskała dla Chrystusa. Ich życie według reguły i wytycznych świętego Ojca Dominika, życie w duchu modlitwy, kontemplacji i wyrzeczenia, zdobne pokutą i czystością, było wspaniałym wzorem dla wszystkich. Ileż pięknych powołań do pójścia w naszym Zakonie za Chrystusem wzbudziło ono w Polsce!

Ale „miłość Boża rozlana w sercach” (Rz 5, 5) naszych apostołów, miłość, której znamieną cechą jest dzielić się z innymi, miłość, która „nie szuka swego” (1 Kor 13, 5), nie da się zamknąć w obrębie jednego narodu. Toteż święty Jacek i wielu jego współbraci, rozpalonych słowami i duchem św. Pawła Apostoła, stało się za jego przykładem „wszystkim dla wszystkich, ażeby wszystkich ocalić” (1 Kor 9, 22). Dokonywali więc ewangelicznej szejby nie tylko wśród ludów ościennych: Rusinów, Litwinów, Jadrzyńców i Mołdawian, ale wyruszyli w długie, pełne trudów podróże, docierając aż do Prusów i Wielkorusów. Święty Jacek, jak twierdzą niektórzy, trafił nawet w swym misjonarskim zapale do granic Mongolii.

Czyż nie jest godzien szczególnej uwagi również fakt, że święty Jacek uchodząc z oblężonego przez wrogów Kijowa zabrał ze sobą największe spośród skarbów posiadanych przez tamtejszy klasztor: puszkę z konsekrowanymi komunikantami i posążek Najświętszej Maryi Panny? Przecież święty Jacek w ciągu całego swego apostołskiego życia nosił w sercu te właśnie skarby, by z nich czerpać siłę, pociechę i moc łaski. Przeczuwając zbliżający się koniec życia, chory z przepracowania i trudów podróży, Jacek wraca do Krakowa i tam, w klasztorze którego

był założycielem, otoczony Braćmi oddaje Bogu czystą i świętą duszę. Gdy papież Klemens VIII zaliczył go w 1557 roku w poczet świętych, Bracia zbudowali mu wspaniały grobowiec uwieczniony posągiem. Święty trzyma na nim w jednej ręce lilie czystości, a w drugiej różaniec.

Gdy rozważamy i podziwiamy tak wspaniały przykład życia i czynów świętego Jacka i błogosławionego Czesława, życia na wskroś zakonnego i apostołskiego, całkowicie poświęconego Bogu i bliźnim, wypada nam zawołać z Psalmistą: „Wspaniały jest Bóg w swoich świętych” (Ps 67, 30). Podejmując słowa papieża Pawła VI do Was zwrócone, my również powtarzamy Wam z radością: „Braci żyjących w tym kraju wolno nazywać synami świętych” (List Pawła VI do Zakonu dominikańskiego). Obaj bowiem święci mężowie Jacek i Czesław, dowodzą przykładem swego życia i cnót, że „ta jest droga twoja od młodości twej” (Jr 22, 21). W duszy zaś każdego znajdują oddźwięk słowa Tobiasza: „Bądź błogosławiony synu mój, boś jest synem dobrego i cnotliwego męża” (Tb 7, 7).

Podczas gdy święty Jacek i inni Bracia oddawali się pracy apostołskiej, podjęte przez nich fundacje rozwijały się bardzo pomyślnie. Toteż po paru latach, w 1228 roku, polscy dominikanie otrzymali własną i pełnoprawnie istniejącą Prowincję zakonną. Stała się ona rosnącą liczbą Braci i klasztorów sprawiła, że w roku 1301 oddzieliła się i usamodzieliła Prowincja Czeska.

W późniejszych wiekach liczba konwentów dominikańskich tak bardzo wzrosła, zwłaszcza we wschodnich dzielnicach Polski i na Litwie, że trzeba było utworzyć nowe, oddzielne prowincje, założone przez polskich dominikanów, mianowicie Prowincję Ruską w 1612 roku, a w 1647 Prowincję Litewską. Czwartą wreszcie Prowincję polską stanowiła od 1671 roku Kongregacja Świętego Ludwika Bertranda. Zakon dominikański osiągnął w Polsce największy rozkwit pod koniec XVIII wieku. Miał wtedy najwięcej klasztorów, w których żyło ponad dwa tysiące Braci, oddając się najrozmaitszym dziełom. Jednakże różne klęski polityczne i rozbiory Polski w ostatnich latach XVIII wieku wyrządziły wielkie szkody także i naszemu Zakonowi. Wiele klasztorów uległo kasacji, a liczba Braci stale malała. Ale polscy dominikanie przetrzymali wszelkie trudności. Trwają oni w Polsce po dziś dzień, a Prowincja znów wchodzi w stan rozkwitu; zarysowują się przed nią nadzieje nowych osiągnięć i nowych tytułów do chwały.

Początki Zakonu dominikańskiego w Polsce rozświetla również męczeństwo Braci, zwłaszcza błogosławionego Sadoka z towarzyszącymi, zamordowanych w 1259 roku przez Tatarów w Sandomierzu. Poza tym wielu innych poniosło śmierć za wiarę w Chrystusa w różnych czasach i w rozmaitych miejscach. Wiele innych i wspaniałych rzeczy, chlubnych dla Prowincji Polskiej mogłaby nam podać historia. Ale pomijamy je tu milczeniem. Z tego jednak, cośmy powiedzieli wynika niezbicie, że do polskich dominikanów można jak najstosowniej odnieść słowa Pisma św.: „dziedzictwem świętych wnukowie ich” (Syr 44, 11).

Kończąc to krótkie pismo wystosowane do Was, najmilsi Bracia, czcimy naszych świętych patronów słowami Biblii: „Wysławiamy mężów sławnych i ojców naszych w pokoleniu ich... Jedni panowali w swoich królestwach, byli mężami sławnymi z potęgi, doradcami z powodu swego rozumu i głosicielami najświętszych słów wobec ludu. Byli przywódcami ludu przez swe rozstrzygnięcia, zwierzchnikami — przez swą przenikliwość, mądrymi myślicielami przez swoją twórczość. Wiersze Pisma wykładali... Mężowie bogaci w moc... Wszyscy ci w pokoleniach narodu swego sławę otrzymali i stali się chlubą swoich czasów” (Syr 44, 1—7).

Z głębi duszy składamy więc dzięki Bogu Wszchemocnemu, który dał nam takich patronów i w ciągu wieków obsypywał tytuł tak wysmienitymi taskami, dobrami i dobrodziejstwami Waszą Prowincję i cały nasz Zakon. Za ich przyczyną błagajmy usilnie Boga o coraz to nowe pomoce.

Zwracamy się również ze szczególną miłością do Matki Bożej i Matki naszej. Chcemy Ją nadal czcić dziecięcą miłością. Jej cudowne obrazy i figury znajdują się niemal w każdym kościele Waszej Prowincji. Ona zaś zwraca się do każdego z nas słowami pełnymi matczynej miłości: „O cokolwiek poprosisz, to otrzymasz za moją przyczyną” (Z Brewiarza dominikańskiego).

Pamiętajmy także w tych dniach uroczystych o Braciach naszych, którzy w ciągu tych długich lat odeszli z tego świata. Polecajmy ich miłosierdziu Wszchemocnego Boga za przyczyną Najświętszej Maryi Panny, świętego Ojca Dominika i patronów Prowincji.

My wszyscy również, Bracia najmilsi, naśladowajmy tak znamienite i wspaniałe wzory, jakimi są dla nas święty Jacek i błogosławiony Czesław — wzory cnót, świętości, niestrudzonej pracy i wysiłku we wszystkich podejmowanych dziełach apostołskich. Niech nas zawsze wspomaga i umacnia ich nieustraszona, żywa wiara. Niech ich „nadzieja pełna nieśmiertelności” (Mdr 3, 4) prowadzi nas prostą drogą przez trudy życia. Niech ich żarliwe umiłowanie Boga i bliźnich i w nas również stale „doskonali się coraz bardziej i bardziej w głębszym poznaniu i wszelkim wycuciu, dla oceny tego, co lepsze, abyśmy byli czysti i bez zarzutu na dzień Chrystusa, napelnieni plonem sprawiedliwości, nabytym przez Jezusa Chrystusa ku chwale i czci Boga” (Flp 1, 9—11).

Udzielam Wam z całego serca błogosławieństwa Boga Wszchemocnego za przyczyną Najświętszej Maryi Panny, naszego Patriarchy świętego Dominika oraz Waszych patronów, świętego Jacka i błogosławionego Czesława.

(—) Anicet Fernandez OP
General Zakonu Kaznodziejskiego

Dan w Rzymie, dnia 14 października 1972 roku,
w naszej Kurii Generalnej u Świętej Sabiny,

O. PAWEŁ KIELAR O.P.

POCZĄTKI ZAKONU DOMINIKAŃSKIEGO W POLSCE*

Zagadnienie sprowadzenia dominikanów do Polski, początków dominikańskiej prowincji w Polsce i działalności misyjnej pierwszych dominikanów polskich, było w ciągu wieków różnie przedstawiane. Dopiero wydanie wszystkich źródeł odnośnie początków Zakonu dominikańskiego umożliwiło najbardziej prawdopodobne rozwiązanie tego problemu. Zaraz na wstępie trzeba się zastrzec, że jak to najczęściej bywa w historii średniowiecznej, rozporządzamy w tym wypadku skąpą ilością źródeł, co sprawia, że nawet przy uwzględnieniu wszystkich dziś dla nas dostępnych, pozostaje jeszcze wiele pola na snucie domysłów. W ostatnich czasach nie odkryto żadnych nowych dokumentów dotyczących naszej sprawy, toteż niniejsza praca jest tylko odmiennym w pewnej mierze i w pewnych szczegółach ujęciem opartym na odmiennej interpretacji znanych już poprzednio źródeł. Rozpatrując początki dominikanów w Polsce wyróżnić można kilka szczegółowych zagadnień wymagających osobnego omówienia, są to mianowicie: 1. Wstąpienie św. Jacka i jego towarzyszy do zakonu w Rzymie i ich pobyt w nowicjacie; 2. Misja południowosłowiańska; 3. Początki fundacji klasztoru dominikańskiego w Krakowie; 4. Założenie dominikańskiej prowincji polskiej; 5. Misja św. Jacka wśród pogan i schizmatyków w świetle historiografii dominikańskiej; 6. Misja dominikańska pierwszej połowy XIII w. w świetle źródeł.

1. WSTĄPIENIE SW. JACKA I JEGO TOWARZYSZY DO ZAKONU DOMINIKAŃSKIEGO W RZYMIE

Dla rozwiązania postawionego zagadnienia rozporządzamy dwoma grupami źródeł: grupą pochodzenia polskiego, krakowskiego, oraz grupą źródeł rzymskich, ogólnozakonnych. Zależnie od tego,

* Studium to, wyjęte ze spuścizny pośmiertnej zmarłego w styczniu 1972 r. Autora, choć napisane około 1957 roku, nie zostało ostatecznie wykończony, i choć Autor pracował nad innymi zagadnieniami ciągle wносил doń uzupełnienia i poprawki. Przy opracowywaniu artykułu do druku uwzględniono te późniejsze poprawki autorskie, uzupełniono dla czterech pierwszych rozdziałów przypisy i dokonano skrótów pewnych powtórzeń, pominięto naszkicowane tylko w brulionie rozważania na temat pierwotnej architektury klasztoru krakowskiego, częściowo już